



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.21. Quod signum ostendis nobis, quia hoc facis? Hi flagellati, & non agnoscentes Pharaoni comparantur: nos verò simus Daudi similes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

§. 21. Quod signum ostendis nobis, quia hoc facis? Hi flagellati, & non agnoscentes Pharaoni comparantur: nos vero simus Dauidi similes.

mora consilia: Nam in flagellis positis flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & suavis acris iracundiam incitare, atque est primum genus demerita, nolle quoniam in malis suis nisi quis scire, & Dominum inique à sua velle ultione cessare.

Egregia plane stultitia; cæderis ob peccata tua, & vires, ut à cadendo cessent, & non vis, ut peccata cessent. Non tu vis ab irritando Deo desistere, & instas precibus, ut Deus à puniendo te cesset misericors. Faxit Deus hoc nobis nimè contingat. Quot flagella Deus familitate sunt obvenire, premeris paupertate languoribus, litibus, opum iactura, calamitatibus: flagello sunt hæc Dei, charissime, quibus merito tua Deus peccata iudex visitat. Auxilium potestis, cæderis?

penarumque liberationem? Videamus an à peccatis melior penitentisque cesses? O Pater: tanto iam tempore iaceo languidus, nec vel una mihi letior affulsit dies sanitatis: ab amnis pluribus non nisi calamitatibus infelix aggravor: nescio quid sit, quod me nunquam gaudeam ab adversitate liberum, radicem videtur in domo mea fixisse paupertas. Hi quos intimos mihi & amicos gratulabar, retribuunt mihi mala pro bonis; facultatum mearum proventus heu miserè dissipantur. Dic mihi, quis tuorum status est scelerum? An aliena restituitis? An periturus & abiturus perseveras? O traditorem, te flagris video percuti & castigatum, sed minime emendatum. Et tu Domina quæ tot lacrymis tot deses tuæ domus infortunia, numquid affectui, quo alterum complecteris renunciaisti? Numquid scandalum cessat infirmorum? Numquid finem accepit pericula conuersatio? Hoc malis proprium est, de quibus testatur Iob, quod toto vite sue decursu laboribus opprimantur, & in illis sint perituri: quia Dei hæc esse flagella suis adscribenda peccatis non agnoscent: De mane Iob 4. 20. usque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. In hoc maxime testem adduco Salomonem, alicuius patet viri prudentia quod debito modo flagellum, quo Deus illum affligi accepit, qui namque prudens est sicut reatum suum agnoscit, ita & mores in meliora corrigit: qui vero fatuus est, ut prius erat, sic postmodum fatuus esse perseverat, semperque in querimonias effunditur: Vir prudens & Eccli. 10. disciplinatus non murmurabit correptus. 28.

Ad propositum congruè dixit idem Iob alià 62 illam sententiam, quam pro more suo trutinat D. Gregorius: Cor eorum longe fecisti à disciplina: D. Gregor. Lib. 17. na: propterea non exaltabuntur. Attende præmo- D. Gregor. 6. 16.

E Iecti de templo profani illi, flagellique prostrati cunctis inter se conveniunt, pedem signant, ac illi ipsi ex tali facinore stupore concutiuntur. Quis hoc credas, quod vit ille vilissimus de grege pauperculus, cuius optimè stemma novimus, nos, nos inquam vi canes flagellis exceperit quis hoc ferat patienter? honori nostro macula adspersit de sacili non eluenda, eo tepedandum est, interrogandus est in qua fecerit hoc ipse potestate. Revertuntur, Christumque interrogant: Dic nobis quis tibi hanc dedit potestatem, ut tali nos infamia, quali nunc factum est, exciperes, temploque exturbares: In qua potestate hoc facis? O proditores, flagellati & non agnoscentes. Illud Davidis quadrat in vos oraculum: Turbatus est à furore oculus meus. Nam aliquando quis merito castus, quanto magis dignus est supplicio, tanto se minus cognoscit, passionis etenim furor oculos illi excæcat. Huc eos propria adigit perversitas, & hoc idem multis obvenit, quos Deus exigentibus eorum hic sceleribus castigat, quæ tamen nequaquam agnoscent. Magnum est hoc malum. Sub Gregorio summo Pontifice lucet contagiosa, eaque gravissima totam invasit Africam: quæ in pluribus partibus tunc temporis ob hominum peccata grassabatur. Quidam Episcopi, & Ecclesiarum Præsati literas dederunt Sancto Pontifici, remedium ab eo vt omnium Patre postulantes: respondet ille, & Dominico Episcopo Carthaginensi rescribit epistolam, cui titulum præfigit: De pestilentia Africa. In qua hoc primo si proponit, calamitates illas, quas Deus immitit Republicæ flagella esse Dei vindicantis, secundo, nullam maiorem dari posse stultitiam, quam si quis pro merito flagellatus culpam cæcus non agnoscat instat pueri, qui virgis cæditur, ut à malis moribus providentior respicitur: clarum est, quod si castus, non se corrigat, quinimo in immodestia sua perulantior evadat, multiplicanda sunt flagella, iterumque sit puniendus. Hinc efficit, inquit D. Gregorius Episcopo hoc tibi in hac vrgenti, tristisque calamitate principalis agendum, vt omni studio coneris peccatores ad suorum scelerum perducere cognitionem, vt revertantur à vijs pessimis, & salutis capiant salutem.

in vos oraculum: Turbatus est à furore oculus meus.

I. In plagis agnosceda sunt peccata.

D. GREG. Lib. 8. in dist. 3. Epist. 41.

II. Similitudo.



D. Gregor. quod ait: *Cor eorum longe fuit à disciplina. Cor eorum*: non enim ait corpus eorum, quia peccatoris corpus non procul abest à disciplina, quinimo multis flagellis sceleratus affligitur: *Multa flagella peccatorum*: sed cor eius: nec enim confidat ex qua manu, vel ob qua causam flagellum disceruit: vt brutum animal, quod sustem patitur, eumque conspiciens, vt autem non cognoscit ob defectus suos sibi tundi latera, illis adhæret incorrectum: *Propterea non exultabuntur*. Hinc præfatus Salomon supplicem offert Deo prudenter hunc libellum, vt eum ad cuncta pie prudenterque facienda illuminet: *Domine Pater & dominator vita mea, ne derelinquat me in consilio &c.* Quid igitur expostulas?

Pf. 3:10.

IV.

Prudentis est in plagis suum ignoscere peccatum.

Ecclesi. 13.

1.

2. 2. qu. 2. ar. 1.

V.

Non Pharaonem sed Dauidem imitemur.

Exo. 7. 13.

Pf. 37:18.

Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo & cogitabo pro peccato meo semper. Cum me peccatorem agnoscam, in flagella paratus sum, & quotiescumque me ista contendant, ea me iuste meritum esse cogitabo, & hoc semper ac continuo ore meo proferam: Heu Domine cõdigna, fateor sunt hæc meis flagella sceleribus, his plura, his mereor acerbiora: optime mecum agitur, quandoquid enim à via sa-

lutis aberrauerim, meas secutus passiones, tu metus his flagellis ad viã reuocas rector: *Cogitabo pro peccato meo &c.* de quibus aliàs diximus.

§ 22. Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Signum Diuinitatis sue Christus illis suam assignat Resurrectionem: in qua mentis sunt ei inimici eius, vt ait David.

O Pinatur D. Cyrillus signum illud, quod à Domino petierunt fuisse, quo probaret, quod illis indicauerat, se esse filium Dei, quando Deum dixit esse Patrem suum: *Nolite facere domum Patris mei &c.* Respondet illis Christus signum petitis huius rei vobis dari? *Perplacet: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud.* Dicebat hoc Christus manibus proprium demonstrans corpus, illudque tangens, designando quod de ipso loquebatur. Huius, inquit, templi nexum dissoluite, & in triduo excitabo illud & resuscitabo. Talem cõciores erant, nec intelligebant hebetes, quod de corporis sui sanctissimo templo loquebatur, & illis dare intendebat vt supremum suæ efficacissimæ potentia signum demonstratum, suæque diuinitatis, ipsam resurrectionem.

Congruentissime corpus suum appellat templum, vt ex D. Aug. discimus verba illa Apostoli declarante: dum de Christo loquitur: *In quo in Ep. 67. ad habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Davidanã.* Hoc inquit D. Aug. duobus modis intelligitur. Tom. 2. Primo: quod non in vmbra vel figura, sicut in veteri testamento, sed in rei veritate. Secundo: II. designando, quod diuinitas in illo sacro Corpore sancto esset corpore, veluti in templo quodam Christi singulari: *Non ideo corporaliter, quia corpus est templum Deo sed aut verbo translato usus est, tanquam in est diuinitas in templo manifestato non corporaliter sed vmbrales nitatis, habitauerit, id est presfigurantibus signis; nam illas omnes obseruationes vmbrales futurorum vocat etiam ipso translato vocabulo. Aut cer e corporaliter dictum est: quia in Christi corpore, quod assumptis ex virgine tanquam in templo habitauit Deus. Si corpora sanctorum (inquit ille) templum sunt Spiritus S. suffragante Apostolo, quanto magis erit Dei templum, Christi corpus in quo ita perfecte habitat, vt vnitam sibi illam habeat carnem, ac totam humanitatem personæ suæ diuinæ vni ne substantiali, eo modo, quo declarat Theologi. Hoc igitur vobis do signum: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Diuinitatis